



Svmma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

XXXVI. [i.e.CLXV.] Differentia 36. Iure Canonico exceptio dilatoria
excommunicationis in quacunqve iudicij parte opponi potest

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

Iure Canonico exceptio dilatoria excommunicationis in quacun- que iudicij parte opponi potest *c. 12. de except. c. Pia. cod. in 6.* At iure ci- vili non licet ullam exceptionem post litem contestatam proponere. *l. fin. C. de except. c. inter monasterium. de sentent. & re iudic. nisi no- viter orta, vel detecta sit. c. Pastoralis. de except. & l. 2. de consortibus eiusdem lit. Ioan. Bapt. de S. Blas. 94.*

LGregorij IX. Decretalis est *in c. 12. citato*, exceptionem excommuni- cationis in dilatorijs proponendis reus scienter omittens in qualibet parte litis opponere non prohibetur, intellige, contra actorem, quod est in hac exce- ptione specialiter observandum, quia per illam fit præiudicium actioni inten- tate, caveaturque ne quis cum periculo animæ suæ excommunicato communi- care cogatur. Quod si eam omiserit ut actor laboribus & sumptibus fatigetur, in expensis est legitimis condemnandus. *Annotas Glossa* speciale hoc esse, nec in aliis usitatum, ut qui ex certâ scientiâ dilatoriam exceptionem omittet, eam opponere possit, quandocunque libuerit, ita tamen ut excipiendo speciem excommunicationis, maior, an minor sit, exprimat: alias de minore accipietur in odium ipsius excipientis, *Barb. Axiom. 91 n. 3. & 4.*

¶ I. Fori civilis alia observatio est. Non enim permittitur, ut in causâ prin- cipali omiſſa exceptio in causâ appella- tionis opponatur *l. ita demum. C. de pro-*

curat. Et dilatoria exceptio ante litem contestatam proponenda est. *l. fin. C. de exc.* Præscriptiones fori à principio litis à litigatoribus opponendas esse legum decrevit auctoritas.

Cur autem in foro ecclesiastico aliud servetur à Pontifice insinuata causa est, ne excommunicatus, cui aliorum inter- dictum est commercium, in publico iudicio locum habeat, cogaturq; illi re- pondere accusatus contra receptam ec- clesie consuetudinem. Notat præterea *Barb. in V. nihilominus est repellendus* quod exceptio excommunicationis, non solum à reo, sed etiam ab ipso iudice ratio- ne officii sui opponi queat. *Socin. in 14. Sacru. n. 337. De sentent. Lancel. l. 3. n. 8. Canis. l. 4. tit. 6. excomm. Sanchez. De Matrim. l. 3. Disput. 22. num. 36.*

* *
*
—